Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 86

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 184.

Cod. LXXXVI.

Carthac: 8 min. Sec: 15.

1.
6.15.

1

Casus poenitentiales.

1a–13b

Casus poenitentiales de injungenda poenitentibus satisfactione. Incipit: "Que penitentia pro peccatis singulis injungenda." Agitur in eodem compendio de excomunicatione; et utrum fratribus Praedicatoribus, et Minoribus liceat audire confessiones. Totum videtur compilatio ex opere fusiori. Kropffio Bibl. Mellic: pag: 42. hujus opusculi author videtur Thomas de Hibernia.

2.

S: Thomae Aqu: Tract: de Confessoribus, et Confitentibus ꝛc.

14a–38b

S: Thomae Aquinatis Tractatus de confessoribus, et confitentibus, de casibus Papalibus, et Episcopalibus, ac eorum dispensationibus, et absolutionibus. Incipit: "In nomine Domini amen." "Super verbo eximii prophetae David." "Questio prima est:" Utrum papa possit absolvere ab omni pena, et ab omni culpa." In fine: "Et sic est finis tractatus Scti

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 86

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 185.

thome de aquino de confessoribus et "
Pagina autem praecedente sequentia le,
guntur:" Ce igitur laus honor benedictio
et gloria qui sapere dat et intelligere ac
talem formam penitentie salubriter dis,
cutere, qui est trinus et unus in secula
benedictus. Et dicant singuli amen, ac
est finis in die marie magdalene qui
fuit pro tunc feria IIII Anno MCCCC92.
deo gracias! Totum hoc opusculum
compilationem potius dixeris, quam ge,
nuinum S. Thomae foetum, cujus eti,
am inter opera a Quetif non numera,
tur. Desodem opusc: vid Cod. CXII n: 4.

3

Sententia SS. Pat. de Sacrificio Missae. 40a–40b

Duodecim sententiae de sacrificio Missae,
quae ex scriptis SS. Patrum decerptae.
spuriae sunt, et nullius momenti. V. g:
S. Augustinus fertur dixisse: " Inte,
rim, quod homo audit missam, nonde,
nescit."

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 86

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 186.

4.

Nicolai de Grätz Sermones de Eucharistia, et pass: Domini.

41a–64b

Nicolai de Grätz Sermones duo; primus est de sumtione SS: Eucharistiae, et incipit: "Mater Sancte Eccesie statuit ut Xtianus sumat Eucharistiam." Alter est de passione Domini multo prolixior, qui incipit: "Licet quilibet homo a Deo innumera receperit beneficia." Habitus est hic Sermo Viennae die Parasceves. Uterque tum ab initio, tum in fine tribuitur Magistro Nicolao de Grätz felicis recordationis.

Nicolaus de Grätz Canonicus Viennensis, Rector ibidem reipublicae litterariae obiit circa annum 1439. Vide Apfaltrer Script: Univers: Vienn: Saec I p: 111, quem tamen Sermones nostri fugerunt.

5.

Nicolai de Dinkelspühel Tract: de oratione dominic:

65a–140b

Nicolai de Dinkelspühel Tractatus de oratione dominica. Constat X amplis Sermonibus, quorum primus incipit: "Si quid petieritis Patrem &c" Notat Kropff: in Biblioth: Mellicensi p: 173 hos Sermones a Joanne de Weylheim metrice esse redditos. In fine legitur: "Et est finis hujus orationis dominice Rev: Mag: Nicol: dunkchlspuchl felic: record: ann &c in Gotwico feria V^ta ante Bartoloy.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 86

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 187.

6

Gusdem Sermo de Assumtione B. V. M. 141a–153a

Gusdem Sermo de Assumtione B. V. Mariae, cujus initium: Qui se humiliat exaltabitur etc. Quia thema nostrum loquitur." Vide Kropff: Bibl: Mellic: pag. 176.

7.

De Praedestinat. 153b–155b

De Praedestinatione. Titulum praesefert: "Super illam clausulam Quem vult indu„rat cujus vult miseretur." Incipit: "Hu„go de S. Victore dicit super illam clau„sulam". Totum responsum videtur desum„tum ex Sermone Hugonis de S. Vict. qui incipit: "Quare, inquis, damnatur".

8

De Salve Regina. 155b–156a

De Salve Regina, cur coeteris carmini„bus de B. Virgine praeferatur? Inci„pit: "Nota quare illa antiph prae caete„ris" etc. Quinque adducuntur rationes ex Magistro quodam Francisco, qui procul dubio est Franciscus de Retza auctor trac„tatus super Salve Regina. Vide Quetif T. I. p. 775.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 86

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 188.



9

De Praescientia 156b–159b

De Praescientia divina. Incipit: "Circa secundum Scilicet dei praescientiam." Videtur pars quaestionis de Praedestinatione supra n: 7. relatae.

10.

Salve Regina germanic: 159b

Antiphona Salve Regina, idiomate germanico. Incipit: "Begruest seyst dw̃s muter" etc:

11

Speculum Sacerdotum 160a–258a

Speculum Sacerdotum. Initium: "In nomine domini amen. Apparuit enim gloria dei et gratia &c: Jesus Xtus Licet omnibus hominibus". Finis: "Pulchrum depinxi praedicatorem ego ipse praedicator fetidior universis, o Jesu propere pro cito veni. Et sic est finis hujus tractatus de quo sine deus gloriosus in altissimis sit benedictus amen Anno dom. M. CCCC 22 feria quinta ante festum margarete." Auctorem speculi Sacerdotum, quod etiam Manuale dicitur exhibet Trithemius, ex illo Oefingerus in Bibl: Augustin: pag 817. Hermannum de Schildis Westphalum Od.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 86

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 189.

Fr. Eremitarum S. August:, qui obiit 1357. Codex hic Ms: inter raro occurrentes nu,merandus. Kraus /: Umständliche Bü,cherhistorie :/ pag: 184 ex Bibliotheca Tyrnsteinensi Codic: Ms: producit: Her,manni de Campo, Westphali, Speculum Sacerdotum. Verum nostrum an sit, nec ne, adhuc ignoro; imo nec Trithemius c: 792, nec Vischius Biblioth: Cistercien: p: 146 Hermanno de Campo Speculum tribuunt. Floruit autem Hermannus de Campo, Ord Cisterc: circa annum 1440. Fabric: Bibl: med: & inf: lat: 3T: p: 236.(a)

(a) Vid. Codicem CCLXII. n. 17.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 86

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27424

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)